



11  
35

36.

37.

A  
ha

38

39.

40.

41.

*CVII.*

*1772, 48.  
so*

EXERCITATIO IVRIDICA,

De eo,

quod iustum est circa pacta successoria renun-  
ciativa eorumque effectum.

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO,

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISB. CAPITVL. CVRIAЕ

IN PROVINCIA SUPREMAE NEC NON FACVLT. IVRID.

ASSESS. ET ACADEM. DECEMV.

IN AUDITORIO ICTORVM

D. XXV. IVLII MDCCCLXXII.

PVBLINE DEFENDET

AVCTOR ET RESPONDENS

GVILIELMVS TRAVGOTT GVTHSMVTHS

LAVCHA - THVRING.

LIPSIAE

EX OFFICINA BÜTTNERIA.

*25 Nov. 118*

SWW

EXERCITATIO IN LIBRIS

DE

PHYSICO-MATHEMATICO-ANATOMICO-BIOLOGICO-CHIMICO-  
PHYSICO-CHEMICO-ANATOMICO-BIOLOGICO

ET PHYSICO-CHEMICO-ANATOMICO-BIOLOGICO

ET PHYSICO-CHEMICO-ANATOMICO-BIOLOGICO

ET PHYSICO-CHEMICO-ANATOMICO-BIOLOGICO

ET PHYSICO-CHEMICO-ANATOMICO-BIOLOGICO

ET PHYSICO-CHEMICO-ANATOMICO-BIOLOGICO

MICROSCOPICIS ET PHYSICO-CHEMICO-ANATOMICO-BIOLOGICO

VIRO  
ILLVSTRI CONSVLTISSIMO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO  
ANDREAE WAGNERO  
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE A SECRETIORIBVS  
CONSLIIIS REI CAMERALIS ET METALLICAE,  
DELEGATIONIS ET OECONOMIAE ARTIVM COMMERCIORVMQVE  
CVRAM CONSTITUTAE ASSESSORI, AC SOCIETATIS RERV<sup>M</sup>  
OECONOMICARVM, QVAE LIPSIAE HABETVR,  
SODALI.

PATRONO OPTIMO MAXIMO.

VIRIO  
ILLUSTRI CONSULTISSIMO  
ADIC EXCELSISSIMO  
ANDREEAE WAGENERO  
VARII ATRIARIAE DOCTORI

EXCELSISSIMO HISTORICO AVXONIAE & SACHSIAE  
DODICIMIS EPI-CAMERUUS IN MULHOUSE  
EXCELSISSIMA SOCIOCOMIALE ETATIA COMMISSIONE  
CHARA CONSILIARIA JURISCONSULTA AC CONSULTA  
SOCIOCOMIALE CAV. ETATIA CONSULTA  
SODALITI

OMIXA OMIT OPIONES PATRONIS

VIR  
ILLVSTRIS, CONSULTISSIME

ATQVE EXCELLENTISSIME

PATRONE OPTIME MAXIME

**N**on erat mihi diu quaerendus, cuius honorisquo nomine has pagellas exornare auderem. Siue enim desideraretur, qui de studiis meis factisque in iuris scientia progressibus sententiam ferret, cui potius iudici hoc quicquid est speciminis submittere debeam, quam viro, quem in omni iure, publico privatoque, versatissimum patria colit atque veneratur? Siue patronum et quasi tutorem harum tenuum primitiarum optarem; de cuius patrocinio impensis mihi poteram gaudere atque gratulari, quam de *TVO*? Siue denique pietatis officio cuperem defungi; cui me magis oportebat publica occasione gratias agere, quam *TIBI*, cuius in me benevolentiam, signis luculentissimis demonstratam, dudum animus gestit palam


extol-

extollere ac praedicare? Igitur quae mea est erga TE obseruantia  
singularis, ea ego TE oro atque obsecro, ut hoc exiguum acade-  
miae industriae specimen, mentis TIBI multis nominibus obstri-  
ctissimi tesseram ac pignus eo vultu, quem semper comem et sere-  
num expertus sum, accipere, meque ipsum praesidio TVO, quo  
nihil mili maius gratiusque obtinere potest, quemadmodum nunc  
facis, in posterum amplecti ne dedigneris. Evidem quibuscun-  
que officiis hanc TVAM voluntatem promererri queam, in iis  
praefstandis me per omnem vitam cupidissime laboraturum esse, TIBI  
sanctissime spondeo, Deumque religiosis precibus rogo, ut et patriae  
uniuersae, in quam munerum TVORVM fructus uberrimi  
redundant, et TVIS, TE saluum atque incolument per  
longas annorum series seruet, Domumque TVAM splendidissi-  
mam omni felicitatis humanae genere cumulatissimam esse iubeat.

## ILLVSTRIS NOMINIS TVI

Lipiae,  
a. XXIV. Iul. MDCCCLXXII.

cultor obsequiosissimus  
Guilielmus Traugott Guthsmuths,



§. I.

**Q**uamuis penes Romanos, excepto eo, quod Praetor aequitatis causa, ad corrigendum et emendandum juris civilis rigorem introduxit, heres successionem in bona defuncti, tantum per testamentum, verbis enim legum duodecim tabularum, vti legassit suae rei, ita ius esto, iuxta effatum Pomponij *l. 120. n. de Verb. Signif.* latissima tributa videtur potestas, et heredes instituendi, legata et libertates dandi, vel ab intestato consequebatur, nihilominus tamen iure Germanico dispositum scimus, quod per pacta de successione inita, eadem jura in alterum transferre cuilibet liceat. Non equidem mihi placet opinio eorum, qui, dum haec pacta iure Romano reprobata adfirmant, eam suppeditant

A 2

ditant



ditant rationem, quod contineant votum captandae mortis, adeoque plena sint tristissimi et periculosissimi euentus; hoc enim potius de superstitione testatur, minime autem rationem decidendi adaequatam efficit. Ipsam tamen rem in dubium vocare non audeo. Non prouoco ad *I. 30. C. de pactis*, in qua Imperator Iustinianus eiusmodi pacta tanquam contra bonos mores inita penitus repellit, cum illa dispositio tantum de certa pactorum specie, nempe de conuentione circa hereditatem tertii non consentientis inita, agat, et respectu eius hae pactiones odiosae, deficiente ratione, quare quodam viuente et ignorantre, de rebus eius quidam pacientes conueniant, dicantur. Sed aliae adsunt leges, huic sententiae fauentes. Ait enim *I. 15. C. de pactis*: *Pactum quod dotali instrumento comprehensum est, ut, si pater vita funderetur, ex aqua portione ea, quae nubebat, cum fratre heres patris sui esset, neque ullam obligationem contrahere, neque libertatem testamenti faciendi mulieris patris potuit auferre.* Hinc Papinianus *I. 16. π. de suis et legitim. hered.* negat Pactum dotale, quo pater comprehendit, filiam ita dotem accepisse, ne quid aliud ex hereditate patris speraret, ius successionis mutasse, adiecta ratione, priuatorum conuentionem legum auctoritate non censerit; cum quo conuenit effatum Pauli recept. sentent. lib. IV. T. V.

n. 8.



5

n. 8. Paetionem talem, ne de inofficio testamento dicatur, querelam super iudicio futuram non excludere, meritis enim liberos, quam paetis adstringi placere. Cuius rei rationem optime suppeditat Imperator Constantinus *I. i. C. de sacrosanct. eccles.* Nihil enim est, inquit, quod magis hominibus debeat, quam ut supremae voluntatis (postquam iam aliud velle non possunt) liber sit stylus, et licitum, quod iterum non reddit, arbitrium.

### §. II.


In diuersas abire species paeta successoria inter omnes constat. Vel enim de nouo acquirimus hereditatem, vel eandem conseruamus, vel de hereditate tertii paciscimur, vel successioni futurae renunciamus; exinde diuisio in paeta adquisitiua, conseruatiua, dispositiua, et renunciatiua prouenit. De renunciatiis, cum circa illa diuersae in iure et facto obueniant quaestiones, in praesentiarum agamus.

### §. III.

Vt vero ordine procedamus, e re enim est *I. 12.*  
*π. de reb. cred.* prius quam deueniamus ad verborum interpretationem, pauca de significatione tituli referre, suppeditabimus definitionem. Sunt itaque paeta renunciatiua, conuentiones, quibus is, cui

A 3


here-



hereditas de iure competit, eidem vel in gratiam testatoris, vel tertii legitimo modo renunciat. Hae pactio[n]es, vti dixi vel fiunt in fauorem testatoris, quando filius viuente patre intuitu hereditatis substantiam certam accipit, et futurae successioni renunciat, vel in fauorem tertii, si foror, cui frater quantitatem dedit, ipsi soli futuram hereditatem paternam aut maternam relinquit. Discri[men] inter utramque renunciationem in eo consistit, quod in priori casu pater non obstante pacto filium heredem possit instituere, cum quilibet fauori pro se introducto renunciare queat, quod secus est in posteriori.

#### §. IV.

Formam horum paetorum in iure Canonico inuenisse putant, quam ob rem Ludouicus in doctrina Pandectarum lib. XXIX. Tit. I. §. 5. quem et alii sequuntur, vt iuramenti religione partes corroborauerint pactum, desiderat. Praesidio ipsis est cap. 2. de Paet. in Vto. *Quamuis pactum patri factum a filia, dum nuptui tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex civilis; si tamen iuramento, non vi nec dolo praestito confirmatum fuerit, ab eadem omnino seruari debet.* Verba posteriora Ludouicus eius esse efficaciae



7

ciae voluit, vt deficiente iuramento p̄ctum inter contrahentes initum vitio nullitatis insanabili labore. Quod forsan hac ratione motus dixit, quia ius Canonicum huic p̄cto, quod leges ciuiles penitus improbant, efficaciam de nouo tribuit.

§. V.

Sed merito dubito, vtrum Pontificis iudicium hanc interpretationem admittat. In genere monendum censeo, allegatum caput non efficere legem uniuersalem, sed particularem. Non enim de omnibus p̄ctis renunciatiis decisionem fert Pontifex, sed tantum de eo, quo filia accepta dotis substantia hereditati paterna renunciat, quod ex ipsis verbis liquido apparer; cuius decisionis ratio mihi potissimum ea videtur, quod filia accipiens dotem cum marito, cuius interest vt habeat substantiam, concurrat, et cum facili negotio a marito ad renunciandum induci possit, iuramentum, vnde de constantia et seria renunciantis voluntate constet, lex desiderat, praesertim cum et illud in aliis verosimilibus negotiis v.g. in fideiussione pro marito facta, qua effetum, ne Senatus Consultum Vellejanum et Authenti. Si qua mulier. C. creditori agenti obstat, tollimus, euenire solet. Cum vero singularis legis dispositio regulam generalem haud efficiat, quod enim con-

stituto

tra



tra rationem iuris est receptum l. 14. n. de legib. non est producendum ad consequentias, ab una specie ad omnes eiusdem generis species non valet adplicatio.

### §. VI.

Etsi haec, quae diximus, forsan non omni exceptione maiora videantur, pondus tamen rei addit, quod Pontifex in capite secundo, nunquam voluerit asserere, formam pactorum renunciatiuorum constare in religione iuramenti eoque neglecto inualidum esse pactum, quod ex sequentibus adparebit. Distinguendum nempe est inter id, quod ad substantiam actus pertinet, et quod tantum negotio maius pondus melioremque efficaciam tribuit. Saepiuscule etenim fit, ut partes contractui, quem celebraverunt, iuramentum addant. Quis quaeso audebit asserere, iuramentum actui dare formam, cum et eo omissio de valore negotii dubium nullum moueri potuisset. Et ita voluisse Pontificem, decisio eius pariter quam ratio decidendi, qua vititur, demonstrat. Non enim omissio iuramento simpliciter improbat renunciationem a filia factam, sed quoniam ius ciuile de hoc casu, quando nempe renunciationem iuramento comprobavit, non cogitauit, tantum probat, filiam, quae, si contra fidem iuramento datam, ageret, in crimen perjurii incideret, renunciatio-



ciationi iuratae contrauenire non posse, quod indicant verba: omnino seruari debebit, praesertim cum ex adiecta ratione: iuramentum, quod non vergat in aeternae salutis dispendium nec redundet in alterius praejudicium, sit seruandum. Exinde apparet Pontificem nil noui introduxisse, sed regulam generalem, quae in aliis negotiis, omisso iuramento per se subsistentibus valet ad praesentem adplicasse casum.

### §. VII.

In Saxonie Electorali distinguere volunt Doctores inter masculum et foeminam. Illius renunciationem absque iuramento praestito efficaciam producere testatur *Carpzov. P. II. C. El. XXXV. def. IX.* et responso, quo pater coram iudicio hereditati sibi competenti renunciauerat, nec tamen renunciationem iuramento corroberauerat, illustrauit sententiam. Ratio ira decidendi procul dubio dependet ex iure prouinciali Saxonico lib. I. art. XIII. *Hetten sie auch ihre Erbtheilung daren verlobet, der sollen sie entbeben;* quae dispositio, cum lege speciali non sit correcta, sed potius per usum et obseruantiam in foro recepta, quod contra Hartmannum Pistor. qui P. IV. Qu. V. m. 3. contraria mouet sententiam et textum iuris prouincialis de renunciatione iurata in-

B

telli-




telligit, est monendum, utique auctoritatem et normam ita sentiendi praefstat.

### §. VIII.

Ast respectu foeminarum plerique in ea versantur opinione, renunciationem hereditatis futurae nullum habere effectum, nisi eandem iuramento foemina corroborauerit. Quod in Praxi hoc normam decidendi efficiat, minime in dubium vocabo, vtrum vero generaliter assistente lege affirmare id quispiam possit, sub iudice adhuc lis est. Bergerus in Oeconomia Iuris lib. II. Tit. IV. §. 48. not. 3. iuramenti religionem tantum in filiabus requirit, reliquas autem foeminas ex simplici renunciatione obligatas esse voluit; quae sententia vtrum legis dispositioni ex ase conueniat, videamus. Dispositio Iuris Saxonici, vnde renunciationem iuramat probant, est Consist. El. XXXV. P. II. Inscriptio huius legis pariter, quam Sanctio ipsa de omni transactione iuramento confirmata agit et probat, iuramentum id efficere, ut de laesione transigentes agere nequeant, quod verba finalia, quibus legislator opinioni eorum *welche den Eyd der Laesion vorziehen assensum praebet, liquido demonstrant.* Sponte confiteor in citata constitutione, nihil me inuenisse,

quod



II

quod iudicio Doctorum ita sentientium patrocinium praester. Non enim reprobat legislator renunciations foeminarum vel filiarum absque iuramento factas, sed tantum demonstrat religionem iuris iurandi, remedium legis 2. C. de rescind. vendit. quo alias conuentiones ob enormem laesionem impugnare possumus, tollere. Vtrumque vero est diuersum. Quod si enim dico iuramentum adiectum id efficere, vt negotium ex capite laesione non admittat rescissionem, sponte adfirmo, negotium cessante laesione valuisse, cum id, quod est imperfectum, ipso iure dicatur nullum, nec opus est, vt ad rescissionem prouocemus. Cum igitur Constitutio Electoralis iuramentum non ad formam pactorum renunciationum referat, et eo omisso renunciationem iubeat esse irritam, sed tantum meliorem efficaciam accidente religiosa inuocatione renunciationi tribuat, distinctionem Doctorum inter masculos et foeminas, deficiente dispositione legis penitus nego, et renunciationem, quatenus nulla laesio obuenit, sine iuramento valere contendeo.

§. IX.

Nec aliquid efficit, argumentum Carpzovii ad hanc Constitutionem def. VII. imbecillitatem

B 2

nem-



nempe sexus muliebris huic sanctioni deditse causam, vnde legem, quamuis tantum filiae in specie faciat mentionem, ad alias quoque foeminas ob paritatem rationis applicandam esse concludit. Cur sexui muliebri hac in parte sit indulgendum, penetrare non possum. Quamuis enim non ignorrem, quod imbecillitas foeminis certis in casibus praerogativa atque priuilegia tribuat, ab uno tamen ad alterum, argumentum trahendum esse, penitus nego. Si enim hoc in genere afferere vellemus, necessario sequeretur nullum pactum a foeminis iurum valere, nisi religio iuramenti accedit, id quod tamen nullus adserere audebit. Et quis quaeso adfirmare poterit, constitutionem citatam tantum de foeminis agere, cum contrarium ex verbis diserte adpareat. Proponit potius legislator regulam, quod omnes renunciations, nulla adhibita distinctione, vtrum a masculo vel foemina sint initiae, excludant rescissiōnem ex capite laesioris, quando contrahentes mentem iuramento declarauerint. Exinde videbis inanem esse doctrinam eorum, qui iuramentum ad formam pactorum renunciatiorum ex iure Saxonico referunt.

§. X.



## §. X.

Effectum huius renunciationis in eo constere, quod renuncians suo facto non contrauenire et hereditatem ipsi alias de iure competentem, appetere queat, expediti iuris est. Vt enim pactis restringimus libertatem testandi, cum dissensus ex vnius parte legem conuentionis non tollat, ita quoque heres a renunciatione in fauorem alterius facta, sponte recedere non potest, sed potius hoc in casu legi sibi dictae obtemperare tenetur.

## §. XI.

Quae cum ita sint comparata, quaestiones quasdam disceptationi obnoxias addere licebit; quarum prima haec esto: Frater sorori, viuente patre certam summam dedit, eoque efficit, ut hereditati futurae sibi competenti renunciet. Post mortem patris aperiuntur tabulae testamenti, in quo pater filiam heredem esse voluit, illique duo millia praelegati loco, reliquit. Frater iura ex renunciatione acquisita, persequitur, et non solum a successione hereditatis, sed petitione quoque legati sororem excludit.

B 3

An



An eidem hāc in parte indulgendum sit, videamus. Si verum esset, quod monet Ludouicus in doctrina Pand. lib. XII. tit. I. §. 6. Iuramentum scilicet accipiendum esse secundum intentionem illius, cui iuratur, vtique victoriā reportaret frater, qui vere eo respexit, vt soror ex bonis paternis nullum perciperet lucrum. Praefidū huic opinioni praestare forsan videtur Pontifex c. 9. C. XXII. Qu. 5. *Quacunque*, inquit, arte verborum quisque iuret, Deus tamen, qui conscientiae testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit. Sed nihil inest textui, ex quo causam Ludouicus probat; intentione potius Pontificis ea fuit, vt demonstraret, iuramentum bona fide esse praestandum et reseruationes mentales, per quas iuratus fidem iuris iurandi elidere studet, non habere locum. Melior mihi placet sententia, interpretationem iuramenti secundum naturam negotii esse faciendam. conf. Dn. Praefidis Dissert. de interpretatione iuramenti praestiti secundum intentionem eius, cui iuratur, non sufficienda. Cum enim iuramentum, quo obligationem ex negotio resultantem pinguorem reddimus, sit accessiorum actus praecedentis, cur ab illo recedamus, et ex mente alterius, de qua nobis liquido non constat, interpretationem desumamus,

ratio

ratio nulla datur. Cum igitur in praesenti casu iuramentum a sorore adiectum, tangat renunciationem hereditatis et efficiat, ne illa successionem petat, quomodo quaequo illud ad legatum, quod toto coelo ab hereditate differt, trahi potest, praesertim cum illius in pacto renunciatio mentionem non fecerint patres, quod tamen fieri debuissest, si frater sororem ab exactione legati excludere voluisset.

### §. XII.

Alia quaestio, quae controversiam mouet, in eo consistit, vtrum, si filia ante testatorem, cuius hereditati renunciat, decedit, eius heredes strinquit renunciatio, vel an eadem non obstante hereditatem defuncti patris petere possint. Affirmatiuam sententiam Struuius, Ludouicus et alii amplectuntur, et renunciationem, quando filia turbato ordine mortalitatis ante patrem moriatur, effectu penitus esse destitutam adserunt. Huius decisionis rationem duplicem esse volunt, partim quia omnis renunciatio hanc tacitam haberet conditionem, si renuncianti hereditas fuerit delata, exinde concludunt, quod frater, qui sciebat vel scrire debebat, hanc clausulam renunciationi inesse,

in



in id consensisset, ut mortua sorore ante patrem, effectus renunciationis euanescere, et heredibus iura hereditatis integra permanere deberent, quo facto existente casu, ex pacto renunciatio ipsi competere actionem negant. Partim quoniam nepotibus repudiare hereditatem matris, et aui bona appetere liceret. Quo ipso cum non iure representationis, sed iure proprio succedant obligationem ad facta matris praestanda penitus cefare credunt. In promtu ipsis est *I. 3. C. unde liberi.* *Qui se patris, ait Imperator, post auum intestatum defuncti negat heredem, mortui aui paterni suscipere facultates non potest, maxime emancipatus, nisi per bonorum possessionem ad cuiusmodi beneficium peruererit.*

### §. XIII.

Sed dubito, an haec argumenta, quae probandae rei causa in medium proferunt, ita comparata sint, ut rationem decidendi adaequatam efficiant. *Quod enim ad conditionem, si hereditas renuncianti fuerit delata, attinet, est petitio principii, utrum haec pacto renunciatio tacite insit, prius vero, cum non praesumatur, est probandum, quod tamen sola Doctorum opinio minime*

nime efficit. In omnibus enim conuentionibus ad verba, quibus contrahentes vtuntur, est respi-ciendum, haec enim efficiunt legem, quam Doctores alio nomine strictum ius vocant, in mente vero retentum nihil operatur. Hac ex causa fit, vt contra illum, qui ius singulare praetendit, illud vero non expressit, cum clarius loqui potuisset et debuisset, interpretationem faciamus. Quae cum dubitationem haud admittant, efficiunt sententiam certam, clausulam, de qua pacientes non cogitauerunt, non inesse pacto renunciatio, praesertim cum leges eandem non desiderent. Cui accedit, quod in dubio nemo liberalis praesumatur, id enim donationis notionem constituit, quae cum consistat in facto, probationem exigit. Ast sane liberalis praesumendus eset frater, qui, dum sciebat renunciationem esse inefficacem, si soror ante patrem decederet, nihilominus tamen sub cunctu incerto, quantitatem intuitu hereditatis paternae sorori dedit.

§. XIV.

Quod ad legem 3. C. unde Liberi attinet, miror sane, qua ratione Doctores legem ad stabiliendam sententiam citare possint. Quamuis enim

C

non



non penitus negauerim, beneficium, quod Imperator constitutione promulgauit, nepotibus competere, discrimen tamen utique est adhibendum, ne principia aequitatis, quam Praetor sanctam esse voluit, offendamus; aut enim liberi concurrunt cum creditoribus praedefuncti patris aut cum aliis liberis. In priori casu concedit hoc beneficium Praetor per bonorum possessionem liberis, quoniam creditores non habent ius appetendi bona aui, multo minus conueniendi liberos, nisi heredes matris existant. Cum igitur respectu creditorum ius quaesitum ex sola liberorum voluntate dependeat, vtrum personam parentis obaerati repraesentare velint, Praetor aequitate motus ius ciuale emendauit, et vt nepotes ad euitandum praeiudicium, quod ipsis ex aditione hereditatis materna infertur, proprio iure habeant bona aui, voluit. Secus vero hoc est, si cum aliis concurrunt liberis, quorum conditio tali modo fieret deterior, quod tamen Praetor cum ius conferendi introduxerit, sedulo euitare voluit. Ponas enim casum sororem a patre praedefuncto, summam mille thalerorum dotis loco accepisse, sed ante patrem decessisse. Si liberi ius repraesentationis respuererent et hereditatem aui petere possunt, durior euaderet conditio fratri, qui minorem accipit sum.



summam, quam habiturus fuisset, si iuri representationis fuisset locus. Quibus praesuppositis adfirmare non dubito, liberos, quatenus cum aliis concurrunt, semper iure representationis succedere et hanc ob causam, renunciationem praedefunctae matris non obseruata distinctione, quam Menckenius lib. XXXIX. Tit. VII. §. 3. fouet, et quam plane ignoro, liberos representare gradum patris, quoad succedendi modum, non quoad successionis onus, seruare teneri.






**ULB Halle**  
005 361 834

3







EXERCITATIO IVRIDICA,

De eo,

quod iustum est circa pacta successoria renun-  
ciatiua eorumque effectum.

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAE SIDE

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO,

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISB. CAPITVL. CVRIAЕ

IN PROVINIA SUPREMAE NEC NON FACVLT. IVRID.

ASSESS. ET ACADEM. DECEMV.

IN AUDITORIO ICTORVM

D. XXV. IVLII MDCCCLXXII.

PUBLICE DEFENDET

AVCTOR ET RESPONDENS

GVILIELMVS TRAVGOTT GVTHSMVTHS

LAVCHA - THVRING.

LIPSIAE

EX OFFICINA BÜTTNERIA.

22 Nov. 118